

Dei potentia, & amor erga nos nostram excitare debent confidentiam.

Haec. c. 45.

Ipsi tantum in Deo confidite, quantum in nobis diffidete debemus.

Spolia viribus diffidentia quae efficit ut ad sum consurgamus, illi est iucunda. Judic. 6. 7. 1. 77.

P. Cor. 13.

Confidentia in Deo nobis commendatur in scripturis. 1. Tim. 1. 7. Eccli. 1. 7. Psal. 23.

Ter. 5.

Eccli. 1.

Deus deest in auxilio Domini pro nobis est bonorum omnium origo. Jerem. 17.

butum debitam offerre, eique juxta Prophetarum Regis verba, ei victimam laudis, & gratiarum actionis offerre. *Dictionarium Morale.*

Invenitur in Deo quid efficere potest, ut hominum confidentiam mereatur; summa potentia, & amor paternus erga nos. Hic ille est, qui transfert quo vult montes; qui terram concutit, & Universorum columnas sulcit. Fieri ne possit, ut tantus Dominus in thesauris suis invenire non possit, unde nostrae considerent egestati? Hujusmodi credebatur olim Ethnorum Dei, quorum potestas, non secus ac Divinitas nulla erat; sed quis capere potest quanta in Deo Israel sit potentia, & quanta erga homines amoris magnitudo? Ego, inquit ille per Prophetam, sum pater vester, & quasi Patris nomen non sufficeret, ut ipsi intelligeremus amoris ipsius erga nos quantitatem, seipsum patri comparat; addit etiam, non deesse matres, quae non adeo constanter amant suos filios, ut ille nos; esse, quae statim obliviscuntur, se matres esse; se autem nunquam oblitiscuntur, nos esse filios suos: *Sed esse oblitiscitur mulier infantis sui, ego tamen sui non oblitiscar.* Ita loquitur per Isaiam Prophetam. *Sermo Manu.*

Ad nosmet constituendos cogitemus, non in nobis, sed in uno Deo esse confidendum. Tunc nostra de propriis viribus diffidentia non innuit defectum consilii in suscipienda quilibet in occasione nobis, quae ad gloriam Dei conferunt; potius vero significat vivam, sinceramque cognitionem nostrae infirmitatis in nobis, quae efficit, ut iure de nobis diffidamus. Curae tantum nobis de nostra tenuitate infirmitate sit, ut magis, magisque speremus; etenim ejus misericordia semper major erit nostra indignitate, & potentia nostra infirmitate. Ille facit quidquid sibi videri fuerit, & potenti magis illius nihil potest resistere. *P. Segneri in Meditationibus suis.*

Quantum Domino iucunda est nostra in propriis viribus diffidentia! Multo illi acceptiores sumus, quam cum nosmet firmos, & constantes arbitramur, quia Deus vulgo audaces animas confundit. *Domine non relinquis praesumptes de te, & praesumptes de se, & de sua virtute gloriantes humilias.* Et profecto videmus plures in virtute sua confidentes, in praesentibus occasionibus turpiter defectisse; *Intendentes, & missentes arcum, conversi sunt in die bellicae;* cum interire qui timebant, in die praesentis steterunt; quia suae fragilitatis cogitatio illos humiliabat, efficebat, ut sibi carerent & pro tentationis die ad illum confugerent: *Cum infirmor, tunc potens sum.* Ne igitur animos depondeamus, cum cederemus, ut nobis videretur, si nobis violenta tentatio esset propulanda. Tunc solum speremus, fore ut resiliamus non quidem cum viribus nostris, quarum exilitatem cognovimus, sed cum auxilio Dei, qui nobis superbia allaturus est indigentibus. *Domini mihi adiutor. P. Segneri Tomo 5. Meditatio.*

Confidite in Deo ex toto corde vestro, nobis Deus ipse dicit, per os Sapientis; considerate quidquid hominum est inter Gentes, & scitote neminem, qui in Deo speraverit, fuisse confusum. Quis est ille, qui fidelis in Dei cultu permanserit, & ab illo derelictus fuerit? Qui illum invocavit, & fuit ab illo contemptus? Patres nostri speraverunt in te, inquit Propheta, & liberasti eos, clamaverunt ad te, & salvasti eos, considerant in te, & non fuerunt confusi. Jacta cogitatum tuum in Domino, & ipse te enutrit; Omnem sollicitudinem vestram in Deum proficite, quia ipsi cura est de vobis. *Vae illis, qui deficiunt corde, Sapienter ait, qui non confidunt in Deo, & quibus ideo non opitulatur Deus. P. Croiset in Aeternis Exercitiis.*

Beatus ille, qui confidit in Domino! Potentia Dei illi suppeditat media, quibus nobis subvenit, bonitas illi subveniendi desiderium inspirat, sapientia dirigit illum in electione bonorum, quae nobis conveniunt. E contra vae illi, qui in carneo brachio confidit! Hominibus, ut plurimum, deest de nobis merendi facultas; quibus facultas est, deest voluntas; & qui opem ferre vellent, nesciunt, quid sit nobis necesse. Quomodo ergo in eorum patrocinio confidere possumus? *P. Segneri in Meditationibus.*

Hinc arguamus, melius esse confidere in Deo, quam in homine; quia confidentia in homine pro nobis est malorum omnium origo, cum contra confidentia in Domino sit causa omnium bonorum. *Benedictus vir, qui confidit in Domino.* Nobis sperandum est quodlibet bonorum genus a fidelitate

Dei, quia infidelis esse non potest seu per nequitiam, seu per inconstantiam: *Non est Deus quasi homo, ut mentiar, nec ut Filius hominis, ut mutetur.* Nobismet polliceri possumus omnia a potentia Dei; quid enim non sperandum est confidenti in eo, cujus brachium est omnipotens? *Super omnimodum delicias afflues.* In Omnipotente non bona solum, verum & delicias inveniemus. Bonitas ejus non ibi subsistet, ut nobis tribuat necessarium, verum etiam addet & quod superabundet; *delicias afflues.* Cur ergo non retrahimus confidentiam ab hominibus, ut illam in Deo constituamus? Omnis confidentia nostra in Deum unum conferenda est, a quo bona cuncta procedunt: *Tantummodo in me esse tui auxilium tuum. Idem.*

Confidentia & praesumptio maxime inter se distant. Praesumptio est sperare in Deo ultra fines, quos nobis praescripsit; confidentia sperare est in Deo intra terminos constitutos. Termini autem hi sunt: cum nobis non inesse cognoscimus tantum virium, quantum ad magna inveniunda certamina requiruntur, plures optemus, ac flagitemus, nosque ad haec magna praesentia praeparemus per ea, quae leviora sunt, pro quibus gratia praesens sufficit nobis: *Exerce te ipsum ad pietatem, inquit Apostolus.* Sed in hae exercitatione caveamus, ne depondeamus animos eo quod sepe vincimus, quasi haec leviora detrimenda, quae palli sumus, indignos nos praebant, qui a Domino consequamur gratiam insignes referendi viatorias. Alivide in occasione amittere, non semper est amovere a nobis Dei nostri auxilium. Illud removemus dumtaxat cum ex meragavia cedimus, & vincimus, quia repugnare nolumus, quasi Deus unus pro nobis certaturus esset, ac victoriam relaturus. Hoc displicet Deo tunc in nobis videnti praesumptionem, non autem veram confidentiam. Et profecto quoniam Dominus est praesidium nostrum, hoc est, quoniam opitulatur nobis, expectat etiam ut & ipsi pro virili parte aliquid efficiamus; alioquin non simpliciter opem nobis ferret, sed unus ipse totum pondus sustineret. Ita cum credimus deesse nobis vires, quibus esset opus, ad superandas magnas difficultates, quae aliquando nobis obijcit in tempus futurum, optemus haec vires minime communes, Deum praesens fatigemus, ut illas necessitatis tempore concedat, & interea communibus gratiis utamur, quae nobis concessae sunt ad communia praesentia sustinenda. Mihi videor Deo te satis diligere, ut tibi fideliter serviam, licet eorum omnium, quae mihi in terris antiquissima sunt, jacturam subituri essem: sed quin tempus teram inquirens, qualis futurus essem in delicatis hujusmodi occasionibus; sufficit mihi scire te meam esse fortitudinem, praesidiumque. Infirmitatis meae cognitio, quin animum minuat, spem meam excitabit. Oblectaris, Domine, optulans agris fidenter auxilium tuum postulantibus; nunquid me labi fines nisi tibi incumbentem? *Pater Segneri Tomo 5. Meditatio.*

Incertitudo, in qua sumus, num simus in statu gratiae necne, nobis adeo utilis est, ut si quis illam se nobis ablatum polliceretur, oblationi huic subscribendum non esset. Quorsum illud? Ut Deo ostenderemus, nos velle omnino pendere ab illo, nostramque confidentiam in illius misericordia collocare: *Ecce Deus salvator meus, subiaculiter agam, & non timebo.* Heu! intelligere possumus, quoniam fit meritum apud Dominum, ita in manu illius fortem nostram remittere! Hoc est maximum sacrificium, & maximum honor, quem illi deesse valeat creatura. Ita humilis, vivida, & heroica ista confidentia praesentissimum est medium ad salutem nostram certam faciendam. Sancta quaedam anima plurimos annos acerrimis agitata fuerat sollicitudinibus, ignorans an esset in gratiae statu necne. Tandem vero tantam induit confidentiam in misericordia Dei, ut licet Deus illi certum salutis suae pignus obtulisset, hoc repudiasset; aiebat, ut semper a sola Domini voluntate penderet. *Pater Segneri in Meditationibus.*

Ut hac veniamus sufficit, quod nos digna conscientia nihil exprobrat nobis, quod nos dignos effecturit odio Dei, ex quo per poenitentiam cum illo in gratiam redivimus. Sufficit nos ita fugiter affectos esse, ut melius, quam fieri possit, serviamus illi, & juxta status nostri modulum ei placemus, eumque glorificemus. Sufficit, quod decreverimus illum nunquam meditare, ac sceleriter vel in levibus laedere. Hoc pretio salus nostra secuta est: Si cor nostrum nihil exprobrat nobis, liberam accessum habemus ad Deum. *Idem.*

Nem. 22.

Joh. 12.

Auxilium nobis a Domino praesentissimum est praesentissimum, & diffidentissimum.

Exemplum veritatis confidentia in persona Abraham.

Hebr. 11. 17.

Gratia in certitudine augeat fidem confidentiam.

1. Tim. 1. 7.

Non in

Ve.

Verum est Dei judicium esse tamquam profundum pelagus, quod dimittit non licet; sed cuiusdam anchorae fidere possumus? Illi ipsi. Ad illum indefinitum ferventibus precibus confugiamus, bonitatem illius in nostris egestatibus deprecemur, obtemperemus eum, ne permittat, ut illi infideles evadamus. Confidentia, quam per hoc illi testamur, nobis erit utilis omni certitudine, quam de salute nostra possemus recipere. Quae quo magis cresceret, eo meritum nostrum minueretur. *Erit sibi anima tua in salutem, quia in me habuisti fiduciam, ait Dominus.* Nolo aliud salutis meae pignus, quam misericordiam Dei volentis certe salvare me, & qui non potest perdere me nisi per aequitatem meam. Me mea terrent peccata, sed infinita bonitas tua, sanguis, quem effudisti pro me, vires, quam mihi inspirasti, ut tibi tantum fervirem, me confirmant. Te amo, Domine; vel fatemur volo amare te; muni hac desideria, illa per gratiam tuam purifica. *Pater Segneri in Meditationibus.*

Ex quo mihi calamitas irruit, me deserunt, delictumque intuetus sum: *Unica, & pauper sum ego.* Tu Domine es unica consolatio mea, & praesidium meum: *Ad te Domine levavi animam meam.* Nihil me sustinet, nisi bonitas tua, & ad spectum misericordiae tuae. Non cesso attolere cor meum ad te, Domine; in te uno meam confidentiam constituo: *In te confido; non erubescam.* Ne mihi aliquando pudori sit, te a me fuisse derelictum. *P. Croiset in Aeternis Exercitiis.*

Ad examen revocamus, quid promiserit Abraham Deo, & praecpta illi contra ejusdem spem irrogata. Promissum illi fuerat fore ut Isaac frequentissimae solibus pater fieret, nihilominus praecipit Deus Abraham, ut hunc eundem immolet Isaac. Numquid hoc praeccepto deterritus Abraham fuit? Quamvis praecceptum, atque promissio invicem sibi adversari viderentur, non haeziti; neque de spe defectus fuit. Minime conquestus est sibi verba data fuisse, cum sibi felix progenies fuerat promissa, quandoquidem jubebatur illi vitam adinere, qui hujus seminis tanquam radix erat futurus. Cum Deus aliquid pollicetur, nihil nobis timorem debet incutere, & de spe deturbare. Hoc supremam Dei potestatem offendit, quod consiliorum suorum fines assequitur per ea, quae prioris videntur opposita. Quae causa fuit, propter quam Abraham non haeziti, neque parere dubitavit. Fide obtulit Abraham Isaac cum tentaretur, & unigenitum offerrebat, qui susceperat promissiones. *Ex Opusculis S. Chrysostomi.*

Nostri in Deum confidentia hunc, ut ita dicam, cogit, ut nostra exaudiat vota, & supernos, quantumvis indignis, misericordiae suae thesauros effundat. Ita ille affluenter effundit illos super fideles animas in ipso fidentes. Immo etiam nihil magis cupere videtur Deus quam filios suos hanc solatio plenissimam veritatem persuadere; & dicere possimus nihil hoc vel apertius connotatum, vel frequentius in Scripturis esse repetitum. In te Domine speravi, inquit Propheta, non confundar in aeternum; & alibi. Beatus, qui confidit in Domino. Omnes Psalmi David, omnia Prophetarum scripta, omnes Bibliorum paginae repletae sunt hortationibus ad Fideles, ut omnes confidentiam suam in Deo constituant, quam efficacem imo potentissimam esse affirmant. Quoniam via brevior, atque facilius ad illa obtinenda, quae petimus; sed potius de modica confidentia nostra conqueramur. *P. Croiset in Aeternis Exercitiis Tomo 1.*

Experimur quod die creaturarum rerum impotentiam, atque infidelitatem, quin hoc valeat imminuere confidentiam, quam in illis habemus. Identidem revertimur ad hoc calamum, qui torques castrant, & contracti sunt in manibus nostris. Quorsum ergo adeo parum speramus in Domino, in hoc Domino, cujus impenetrabilis est, & adeo explorata fidelitas? Quorsum licet sumus in Salvatoris hujus erga nos bonitatem, atque benevolentiam credamus, tam aegre in illo confidimus? Hinc fit, quia non revocamus ad examen, nec serio mediamur causas, & rationes, quas habemus in eo omnem confidentiam nostram constituendi. Ea nobiscum repetamus, quae pro nobis Deus fecit, & dixit. *P. Croiset in Aeternis Exercitiis Tomo 4.*

Non aliam inquiramus causam defectus confidentiae in Deo, quam ingratitude nostram, & modicam devotionem. Quando de aliquo male meriti non cessamus, nemo credit, illum, de quo male meriti sumus, licet nostri amantissimum, veli nobis gratificari. Ipsam conscientiam nostrae testimonium illud est, quod nostram in Deo confidentiam infirmat, narrantemque reddit. Hinc est, quod fidelibus animabus, quod Sanctis tantum est confidentia in Domino, quippe horum conscientia nullam ipsi satis gravem exprobrat confidentiam. Vultis ne in vobis experiri validam hanc, integramque in Domino confidentiam? Ne illi degeneretis quidquam eorum, quae petit a vobis, atque tunc illum sine diffidentia precabimini, & haud haesitant in illo sperabitis. Nihil nobis magis obest, quam defectus huius in Deo confidentiae. Defectus hic efficit, ut preces nostrae frustra careant; omnes apud Deum potentes effemus, si in nobis adesse confidentiam in illo, & fides. *Idem ibidem.*

Quam parum in hominibus fidendum est! Praesidium caducum, fragile, inane! Nihil fignere potest levitatem cordis inconstantis, levis, ac mutatorii. Sincerissime amoris protestationes, ipsa etiam officia a simulatione magis abhorrentia; ipsa etiam verissima beneficia ad levissimam auram statim dissipantur; omnia ad levissimam novi systematis speciem evanescent. Vae illis, qui his sensibus innutuntur. Nil mobilius humano corde; nil repleta frequentius, & celerius mutatur hoc sensuum, actionum, judiciorum, & exilimationis nostrae principio. Sicuti amor, & cupiditates sunt praecipuum illius organum, mirum non est, si hominum vendendi ratio sit eorum ingenio conformis. Estimaris, laudaris, protegeris, amaris. Numquid virtus tua, num praeclearae qualitates illae, quae in te resident, num meritum tuum tot tibi conciliant amicos, principum virorum patrocinia promerentur, te a populo fecerunt? Nihil aequius videtur, nihil melius constitutum, nihil tibi promittere potest existimationem, fortunam, favorem diutius duratura. Ne id putes; ne in his confidas. Satis est ingratus quidam partium spiritus, parum prosperus eventus, casus aliquis molestus, ut totum hoc corrumpat praesidium, ut omnia haec benevolentia monstrata evanescant. Recentes causae recentis sensus pepererit; parum satis est invidiae timoris, recentis affectus, ut rerum omnium facies mutetur. Sed quid inde arguendum? Hoc. Donec confidentiam nostram in creatis rebus collocabimus, omnia figuram mutabunt; ubi prima irruerit adversitas, ab hominibus derelinquemur. Ergo nobis in uno Deo fidendum est; unus ille stabilis est, permanens, immutabilis, neque particeps humanae mobilitatis. Igitur tuti esse non possumus, & ab omnibus malis securi, quam in uno illo confidentiam nostram collocando. *Pater Croiset in Aeternis exercitiis Tomo 1.*

Houdry Bibl. Tom. 1.

III 2 CON-

Idem periculis in confidentia in hominibus.

Nulla certitudo est in confidentia in hominibus.

# CONFORMITAS DIVINÆ VOLUNTATI;

SUBMISSIO PRÆCEPTIS ILLIUS.

MONITUM.

**H**oc argumentum de conformitate nostræ voluntatis cum voluntate Dei cum duobus, tribusve aliis argumentis conjunctum est, quæ naturaliter cum eo permiscetur, vel que illius partem etiam constituunt. Hoc quodammodo sejungit nequit a Providentia, de qua Concionator loqui non potest, quin simul hortetur, ut dispositionibus illius pareatur. Ferme etiam confunditur cum conscientia in Deum omnibus in rebus habenda; quomodo enim conscientiam nostram in Deum testari possumus, nisi omnino nosmet eidem tradamus? Atque denique vinculo cum adversitatibus, atque tribulationibus connexum est; qui enim hoc argumentum pertractat, cum sibi finem proponere debet, ut audientium animos disponat ad recipiendas afflictiones. Et quidquid a Dei manu procedit, reputans hanc Dei mentem esse, cum nobis immittit adversa. Hæc tamen nequaquam oberunt, quominus hoc in argumento id præstemus, quod in aliis id genus; videlicet ut peculiariter conformitatem divinæ voluntati consideremus, quin de aliis argumentis cum eadem connexis loquamur, nisi obiter, et quatenus ad præcipuum hoc argumentum referuntur.

Hæc ea sunt que in hoc argumento præmonenda existimari, nisi fortasse animadvertendum superest, quamquam conformitas hæc ad obedientiam referri potest, tamen virtutem esse magis generalem, quæ latius ad omnes occasiones, officia, tempora, et locos extenditur, et quæ præstantissima etiam virtutes complectitur; ita ut hæc una satis esse possit ad omnes actiones nostras sanctificandas, ideoque argumentum hoc nulli cedat utilitate inter ea, quæ a Concionatoribus possunt pertractari.

## PARAGRAPHUS PRIMUS,

Multiplex Concionum hujus argumenti Structura.

**A**D ostendendas utilitates, quæ nobis cedere possunt ex hac nostræ voluntatis conformatione cum voluntate Dei, Sancta hæc exercitatio considerari potest, quatenus refertur, 1. ad Deum, cujus voluntati sese subjicit, atque conformatur; 2. ad nosmetipsos, qui Dei voluntati conformamur; 3. ad res, quibus nosmet subijcimus, & in quibus perfectam hanc exercemus conformitatem; quæ quidem sunt hujus vitæ eventus, quicumque tandem illi sint; officia omnia, & ea etiam, quæ molestissima possunt accidere. Hæc tria concionis partitionem facile nobis præbent.

Pars prima; hoc majus est, magis acceptum, magisque gloriosum, quod Deo offerre possumus, Sacrificium; nihil melius est, quam facere, quæ jubet, & libenter accipere, quidquid ab ipso proficitur. Majus quidem Sacrificium est, quid enim majus esse potest, quam nosmetipsos dare, atque inter cetera illi immolare id, quod ægrius eximus, propriam videlicet voluntatem? Gloriosius autem Deo Sacrificium est, quo videlicet eidem majorem gloriam procurare possumus; per hoc enim, eum fatemur Supremum Dominatorem, Omnipotentem, cui nihil resistere potest, & cui omnia esse debent subjecta; per hoc ipse regnat in nobis, quemadmodum in universo mundo. Hoc denique acceptissimum est Deo Sacrificium, quid enim majus a nobis potest expetere, quam promptam, fidelemque submissionem, ut voluntati illius pareamus, eisdem obsequamur consiliis, & placitis obtemperemus.

Pars altera. Quod ad nos pertinet, qui omnino divinæ voluntati nosmet subijcimus, eique conformamur: 1. Hæc est exercitatio Sanctissima; Sanctitas enim, & perfectio omnis, quam Deus a nobis exigere, & expectare potest, in eo posita est, ut ipsius voluntatem perficiamus. Hæc perfectissima charitas est ipso testante: *Qui observat mandata mea, ille est, qui diligit me.* 2. Quemadmodum per hoc fieri minime potest, quominus placeamus Deo, ita nequit, quominus placeamus & nobismetipsis, & contenti simus, quæcumque tandem eveniant; nihil enim contingere potest contra voluntatem Dei: unica ratio est, qua semper in hac vita beati esse possumus, & ea perfrui felicitate, qui ad Cælestium Beatorum felicitatem non procul recedat; quæ quidem in hoc sita est, ut Dei voluntatem perficiant. Inconscia felicitas, quæ nos ipsos constituit extra factum quæcumque terræ hujus adversitatum; felicitas, quæ est in nobismetipsis: quæ omnino

pendet a nobis, & quam invitis nemo potest eripere.

Pars tertia, quæ respicit ea in quibus nosmet divinæ voluntati subijcimus; 1. Per nostræ voluntatis cum divina conformationem nullo in discrimine terrena hæc omnia a nobis habentur, honores, iniuria, gloria, ignominia, divitiæ, paupertas, bona, vel mala veterum. Dei voluntas sola efficit, ut alia aliis anteferamus, citra quam recto examine in neutram partem nostra inclinat voluntas.

2. Per hanc in eum statum adducimur, ubi quidquid accidit, nobis utile est, nostræ prodest sanctitati, nostram coronam, nostramque in Cælo auget felicitatem; 3. per hanc denique supra terrena omnia atrolimur, a nulla re pendemus, & quodammodo ipsi Deo similes sumus.

1. Justum, & æquum est, nos divinæ voluntati profus esse subjectos; cum enim voluntas nostra naturaliter in malum proclivis sit, divina vero e contra sit recta, & iusta, immo eadem rectitudo, & justitia; opus est, ut nosmet ipsi subijcimus, nostram cum illius voluntate accommodemus; eidemque rebus in omnibus conformari studeamus. 2. Hoc omnino necessarium est, si hac in vita pace, & tranquillitate frui desideramus: quemadmodum enim nemo resistere potest divinæ huic voluntati, quæ velis nobis semper adimpletur, nonne melius est ultro eidem conformari, quam ægre, atque invitam cervicem flectere sub superioris, atque inflexibilis voluntatis imperio? 3. Suave, & jucundum est eidem perfecte subjectum esse; vel potius hic fons est lætitiæ nostræ, solidæ, atque immutabilis tranquillitatis.

1. Hæc summa est Christianæ prudentiæ, ac Sapientiæ, Dei voluntatem cognoscere; ideoque huic cognoscendæ tamquam maximo Salutis nostræ negotio vacandum est: 2. Summa Sanctitatis, Christianæque perfectionis est, eadem rebus in omnibus exequi.

3. Hujus, alteriusque vitæ felicitas in hac sita est, ut eidem perfecte conformemur.

1. Quidquid in hoc mundo evenit, non sine divinæ voluntatis imperio contingit; ideoque velis nobis, eidem temet subijcere debes: tuum est explorare utrum æquius, & utilius futurum sit: 2. quidquid divinæ hujus voluntatis imperio contingit, semper nobis utilius, & melius est; ideoque, qui illi renititur, propriæ utilitati adversatur.

3. Nihil recte factum, nihil ad Cæli gloriam promerendum idoneum, nihil Deo acceptum est, nisi quidquid facimus, vel patimur, hac mente facia-

ciamus ut Sanctam hæc Dei voluntatem adimpleamus.

**V.** Tota Sanctitas, atque perfectio nostra in hoc sita est, ut Dei voluntatem faciamus, quod tribus rationibus probari potest.

1. Quia Dei voluntas Sancta est, & norma Sanctitatis ipsius; unde sequitur, nos Sanctos esse, prout Divinæ huic voluntati conformamur.

2. Quia JESUS CHRISTUS, quod quidem nostrum Exemplar est, eidem semper fuit in omnibus actionibus, omnibusque momentis suæ vitæ conformis; & quemadmodum tota Sanctitas nostra in eo consistit, ut illi similes simus; Divinæ voluntati conformitas ea est, in qua perfectissime ipsum imitari valeamus.

3. Si sublimior perfectio in perfectiori charitate consistit, quod certissimum est; minus certum non est, perfectissimam charitatem consistere in hoc, ut semper præfatus sumus divinæ voluntati rebus in omnibus perfectio.

**VI.** 1. Divinæ voluntatis conformitas, non efficit nostrum dominos, nostrorumque affectuum victores; ut enim libenti animo excipiamus quidquid nobis accidit, atque re nulla tubemur, opus est, ut propriam voluntatem omnino abdicemus.

2. Hæc ratio est sese supra humana omnia attolendi, ita enim contra quæcumque fortune tela protegitur, atque statimur extra jactum sortis, & nefariæ hominum voluntatis.

**VII.** Qui renuit facere voluntatem Dei ac sese illi subijcere, in hac vita infelix est.

1. Quia voluntatem suam tantummodo exequi cupit, sexcentos nanciscitur obices, quos neque infringere, neque superare potest; ideoque indolenter est turbatus, agitatus, sæpe etiam confusus, & cedere coactus.

2. Quia Deus illum tradit inordinatis corruptæ voluntatis desideriis, ut loquar cum Propheta, ideoque in seipso invenit & supplicium, & suæ calamitatis originem; cum enim desideris, & affectibus suis facere satis non possit, ab illis laniatur, & disceptatur, & nulla umquam requie perfruitur, ut ait S. Augustinus: *Statuisti, Domine, ut omnis inordinatus affectus sibi ipse parva sit.*

3. Quia in iis, quæ contra voluntatem suam accidunt, nullum unquam reperit solatium, quod ipsius dolorem lenire possit. Quia in re illius supplicium simile est pœnæ, quam in altera vita patientur infelicia propriæ voluntatis mancipia, quæ nihil efficere poterunt eorum, quæ velent, ac semper ea facere tenebuntur, quæ minime velent, quemadmodum disertissime in libris de consideratione Sanctus Bernardus ait.

**VIII.** Conformitas voluntati divinæ est compendium totius Doctrinæ JESU CHRISTI, ita ut hac una sufficiat ad vitam, moremque nostrum secundum Evangelicæ præcepta imitandos.

2. Hæc est virtutum omnium perfectio, ita ut ipsa una sufficiat, & nos Sanctos, perfectosque efficiere possit.

3. Ex hac metietur Deus mercedem illam, quam speramus, & expectamus in Cælo; hæc enim omnia merita nostra in terris constituunt.

**IX.** 1. Qui lubens divinæ seipsum subijcit voluntati, eamque rebus in omnibus adimplere studet, hic est homo iuxta cor Dei, quo elogio Scriptura Sanctum Regem David concelebrat, Deus vicissim illius precæs exaudivit, episcopus voluntatem adimplet: *voluntatem simentium se faciet.*

2. Hic est perfectus Discipulus Redemptoris tamquam primam conditionem petentis, sui ipsius, hoc est propriæ voluntatis denegationem, ut divinæ semper adhareat.

3. Hic omnino mortuus est mundo, sibi affectibusque suis, qui omnia nullo habet in discrimine, & Deo unice placere studet voluntatem ejus perficiens.

**X.** Tria ad hominem perfecte felicem efficiendum requiruntur, quæ in hac vita in eo tantum inveniuntur, qui Dei paræ voluntati eique ultro sese subijcit, licet averta fortuna iactetur.

1. Ille felix est, cui nihil accidit contra voluntatem, cui omnia et voto cedunt; hæc vulgarissima est mortalium sententia, qui hanc de terrena felicitate ideam sibi adstruxerunt. At non operum est, ostendere, hoc non inveniri nisi in eo, qui divinæ voluntati sese omnino subijcit.

2. Ut aliquis felix sit, intra se illud possidere bonum debet, quod felicem constituit, ita ut eripi quolibet casu non possit. Quid autem nobis ma-

gis proprium, magisque nostrum, & magis in nobismetipsis est, quam nostra voluntas, quam nihil prohibere potest, ne id velit, quod Deus? hoc profecto est imitari eam beatitudinem, qua Sancti in Cælo fruuntur.

3. Opus est bonum, quod possidetur, omnia vota nostra replere, ut nos beatos efficiat; quod accidit in eo, quod ea omnia vult, quæ placent Deo, & cujus votorum summa hæc est, ut Dei voluntatem exequatur. *Desumptum ex Abbate de Monno-vel pro quarta post Epiphaniam Dominica.*

**XI.** Voluntati duæ pravæ infant qualitates, quas non nisi conformatio divinæ voluntati corrigere potest. 1. Labilis est, & minime recta: æquum igitur est, ut ad certam, restantque normam dirigatur, quæ est divina voluntas. 2. Levis est, & inconstans; oportet igitur, ut firme, atque immutabili regulæ applicetur. At nihil est præter divinam voluntatem quod firmum, rectumque sit; igitur hac una inconstantiam nostræ voluntatis hære potest. *Johy propositione pro sexta post Pentecosten Dominica.*

Nostra quammaxime refert ultro voluntatem subdere voluntati Dei.

**XII.** 1. Quia voluntas Dei eo tendit, ut nos beatos in Cælis efficiat.

2. Quia nostræ divinæ voluntati conformatio in hac etiam vita felices nos facit. *Pater de la Colombiere Sermone hujus argumenti in tom. 4.*

**XIII.** Ut in hac vita felices scimus, duo requiruntur, quæ in sola nostræ ad divinam voluntatem conformatione invenitur.

Primum est quod nihil sit nobis ferendum. Alterum, quod nihil sit nobis desiderandum. *Ex eodem ibidem.*

Voluntatem nostram divinæ conformantibus nobis,

**XIV.** 1. Deus contentus est, & nihil ultra a nobis exigere potest; illi quippe reddimus, quod suum est.

2. Nos quoque contenti sumus, ideoque felices. *Desumptum ex Patre Giroult in Quadragesima.*

**XV.** 1. Homo rationalis sese divinæ subijcere debet voluntati, ut sit felix in terra.

2. Homo Christianus divinæ voluntati sese subijcere debet, ut sit felix in Cælo. *Esais de Sermon du Cergne.*

**XVI.** 1. Hæc est devotio tutior, & solidior. Corporis mortificatio, jejunia, penitentia, oratio, illuisioni, amoris proprii libidini, ac demonis fraudibus sunt obnoxia: sed in conformatione nostræ voluntatis cum divina nihil metendum est.

2. Hæc est devotio perfectior; etenim nos Deo magis conjungit, & per hanc eisdem cum Deo sensus habemus, eadem desideria, atque negotia.

3. Hæc denique devotio levior est; maximum enim solatium adfert. *Ibidem Sermone pro feria secunda post secundam Dominicam.*

**XVII.** Per hanc conformitatem voluntas nostræ tres illas qualitates assumit, quæ propriæ sunt divinæ voluntatis, quæ secundum Apostolum est bona, beneplacens, & perfecta.

Prima indignat objectum, cui adharere debet, qui Deus est.

Alteria significat modum, & circumstantias.

Tertia intentionem, quæ cætera animantur. Facienda sunt quæ Deus vult, eo modo quo vult, & ob id solum, quia vult, *Dezenne in morali Jesu CHRISTI.*

## PARAGRAPHUS II.

Fontes, atque Auctores, ubi inveniri possit copia ad præcipuas Concionum structuras exornandas.

**S**anctus Augustinus in *Enchirid.* cap. 95. 96. ostendit, nihil in mundo fieri, nisi quod Deus fieri vult, illud vel ipse faciens, vel permittens ut fiat.

*Idem cap. 100. 101. libri ejusdem ostendit, quantumvis improbi peccent, Deum tamen eorumdem uti peccatis, nihil in voluntatem adimplet.*

*Idem in Enarrat. 2. in Psalm. 31. docet, homini voluntatem suam divinæ esse conformandam.*

*Idem in Psalm. 32. illa explicans verba, rectos docet collaudatio, ostendit, rectos corde, illos esse, qui divinam voluntatem suæ præferunt, & in Psalm. 63. ostendit, quam in re eam sequi debeamus.*

S. Gregorius lib. 2. *Moralium*, Deum, qui præva hominum voluntate ad eos vel puniendos, vel exercendos utitur, medicis comparat, qui utuntur hirudinibus, ut crassiores, superfluumque agrotantium sanguinem educant.

S. Ambrosius l. 3. *Hexaem.* cap. 1. & 17. congeritur, quod sensu carentia obtinuerunt Deo; homo vero eidem semet subicere detrectet.

S. Hieronymus *Epistol.* 14. ad *Celantium*, docet, veram pietatem in hoc positam, ut Dei voluntatem petat.

Origenes *homil.* 6. in cap. 3. *Matth.* hæc explicans verba, *quis est hic, quia veni, & mare obediunt ei?* laus ostendit, ea, que spiritu carent, obtemperare Deo, & illius voluntatem efficere, hominem vero eidem obniti.

S. Fulgen. *us Epist.* 2. detegit causam, propter quam non laus Deo pertinet submissi.

S. Fortunatus *Pictaviensis Episcopus* in *Dominice Orationis* expositione subdit explicat, quoniam in sensu ea verba intelligenda sunt: *fac voluntas tua.*

S. Bernardus *Sermonem* huius argumenti edidit, cui titulus: *Quomodo voluntas nostra divinae voluntati subiciat debet.*

Idem *Serm.* 7. in *Conversione Pauli*, hæc Apostoli referens verba, *Dominus quid me vis facere?* ostendit perfectæ conversionis indicium esse, divinæ subijci voluntati.

Idem *Sermon.* 3. de *Resurrectione*, acriter contra propriam voluntatem divinæ oppositam invehitur.

Idem *tract.* de diligendo Deo desinet malum humanæ voluntatis, que divinæ adversatur.

Drexellius hæc de re prolixum habet tractatum, vel potius librum integrum, cui titulus *Hydrotopium*, & de hoc argumento loquitur etiam in *Rospi.* Alphonso Rodriguez; Pater Antonius Gaudier, de natura & statibus perfectionis.

Pater *Salmi-Jure* lib. 3. de *Cognitione Domini nostri* cap. 3. amplius edidit tractatum.

Liber, cui titulus de puritate intentionis, uberius de divina agit voluntate.

Thomas a Kempis l. 3. c. 87. s. 2.

Franciscus Arias *tract.* de *mortu.* c. 11.

Theophilus Bernardinus l. 2. de *persec.* cap. 15. 16. 17.

Bernardinus Rosignolus de *Discipl.* l. 2. c. 19.

Eusebius Nierenbergensis in *vita Divina*, & in *lib.* de *adorat.* in *Spiritu.*

Pater Delingendes feria quarta hebdomadæ *Sau.* Mathias Faber *Conc.* 2. in *tom.* 3. post *Epiph.* Pater Giroussi hæc de *Sermonem* edidit in *Quadragesima.*

Auctor *Sermonum* in omnia Ethicæ Christianæ argumenta, hoc etiam tractat feria tertia majoris hebdomadæ.

Sarazin in *Adventu* suo *Sermonem* habet, ubi *JESUM CHRISTUM* nostræ voluntatis reparatorem ostendit per submissionem nostræ ad suam, *Formiter* in *Quadragesima.*

Lohner verbo *Regnatio* Peraldus titulo *Voluntatis.*

Alii de hac re locuti non sunt, nisi sub titulo *Obedientia*, cum qua argumentum hoc miscuerunt.

PARAGRAPHUS III.

Loca, exempla, & applicationes Scripturarum huic argumento.

**N**um Dei possumus resistere voluntati? *Genes.* 50. Dominus dedit, Dominus abstulit; sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum. *Job.* 1. Dominus est: quod bonum est in oculis suis faciat. *1. Reg.* c. 3. Dominus faciet quod bonum est in conspectu suo. *2. Reg.* c. 10. Nonne Deo subiecta erit anima mea? *Psal.* 61. Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum. *Psal.* 58. Presto sum: faciat Deus quod bonum est coram se. *2. Reg.* c. 15. Docet me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu. *Psal.* 142. In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam: Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei. *Psal.* 39. Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet. *Ita.* 46. Quis est iste qui dixit ut ferret, Domino non jubente? *Thren.* 3. Deus voluntatem mentium se faciet. *Psal.* 144.

Sicut fuerit voluntas in celo. *sc. fat.* 1. *Machab.* c. 5. Fiat voluntas tua sicut in celo & in terra. *Matth.* 6. Quicumque fecerit voluntatem Patris mei qui in caelis est, ipse meus frater, & soror, & mater est. *Matth.* 12. & *Marci* 3. Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum celorum, sed qui facit voluntatem Patris mei qui in caelis est, ipse intrabit in regnum celorum. *Matth.* 7. Ita, Pater, quoniam sic fuit placitum ante te. *Matth.* 11. Pater, si non potest hic calix transire, nisi libam illum, fiat voluntas tua. *Matth.* 26. Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste; verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu. *Ibidem.* Pater... transfer calicem hunc a me; sed non quod ego volo, sed quod tu. *Marci.* 14. Non mea voluntas, sed tua fiat. *Luc.* 22. Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus qui misit me. *Joann.* 4. Non quero voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me. *Joann.* 5. Descendi de celo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me. *Joann.* 6. Si quis voluerit voluntatem ejus facere, cognoscat de doctrina, utrum ex Deo sit, an ego a meipso loquar. *Joann.* 7. Bona & mala, vita & mors, paupertas & honor, a Deo sunt. *Eccle.* 11. In voluntate tua cuncta sunt posita, & non est qui possit tuæ resistere voluntati. *Ethic.* 13. Si eris malum in civitate, quod Dominus non fecerit? *Amos* 3. Quæ placita sunt ei, facio semper. *Joann.* 8. Dominus quid me vis facere? *Act.* 9. Inveni David, virum secundum cor meum, qui faceret omnes voluntates meas? *Act.* 13. Ut probetis quæ sit voluntas Dei, bona & beneplacens, & perfecta. *Ad Rom.* 12. Nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas Dei. *Ad Ephes.* 5. Voluntati ejus qui resistit? *Ad Rom.* 9. Hoc faciemus, si quidem permisit Deus. *Ad Hebr.* 6. Si Deus voluerit, & si vixerimus, faciemus hoc & illud. *Jacob.* 4. Qui facit voluntatem Dei, manet in æternum. *1. Joan.* 2. Ille servus, qui cognovit voluntatem Domini sui, & non fecit secundum voluntatem ejus, vapulabit multus. *Luc.* 12. Quærimus, dicentes: Domini voluntas fiat. *Act.* 2.

Exempla ex veteri Testamento desumpta.

**N**osmet subicere debemus divinæ voluntati, non in iis totum eventibus, qui a nobis minime pendent, verum etiam in susceptis consiliis, quibus nihil nisi inest, & quæ exequi in nostra est potestate; tenemus enim ea relinquere, statim ac nobis ostendit Deus, consilia sua esse nostris opposita. Ita S. Augustinus; nihil non æquum erat in eo consilio, quod susceperat Abraham alendi, atque servandi Filium suum; sed repente cessit, a Deo eundem madare justus. Non ideo dixeris, Primum ejusdem consilium criminis fuisse; culpa tamen nequaquam vacasset Sanctus Patriarcha, si in proposita voluntate persistisset, & nisi propriam divinæ voluntati conformasset, postquam sacrificium sibi a Deo fuerat imperatum.

In hoc argumento prætere nullo modo possum exemplum *Job*, qui divinæ voluntati adhaerebat, o. l. 1. minaque ab illius dextera recipere consueverat, ut inter tot mala, quibus circumundique premebatur, Dei tantum percussit manum videret. Pecora sua directa fuerant, non a latronibus; domus eversa, non a ventis, atque tempestatibus, neque crudelis uxoris lingua illi ingesserat opprobria; hanc manus tua, o Deus, ipsum unice percusserat; hanc ille considerabat tamquam sibi vulnere infligentem, atque sub ejusdem ictibus humiliabatur: *Manus Domini tetigit me.* *Job.* 19. Hæc debet esse sententia nostra, hic animus, ubi flagella deserviunt; cum obrectator ille nobis inferat contumeliam, cum invidus tyrannica auctoritate nos opprimat, cum invidus injuriis, & calumniis persequatur, cum inexorabilis creditor ossa de manibus eruit, Dei percussentis, omneque vitæ nostræ eventus dignis gentis manus osculemur.

Hæc

Affectu glisib.

Concionatores regent.

Qui colligant edidit.

**T**estimonium, quod hic in re David perhibuit. *David perhibuit.* Hæc in re eximium nobis suppetit testimonium, quod Deus Sancto Regi David perhibuit, illum appellans hominem juxta cor suum, & ad unguem omnes voluntates suas adimplem. Modus vero ipse, quo hoc illi perhibetur testimonium alioquin præstantissimum, longe præstantior est; quandoquidem peculiarissimam indigat benevolentiam: exclamam enim, se tandem aliquando invenisse hominem huncmaadatis suis obtemperantem, ac semper voluntati suæ exequendæ paratum: *Inveni David servum meum;* *Act.* 13. perinde ac illum omnibus sculis quævisser, atque illum inter eos omnes, qui fuerunt unquam, tandemprehendisset. Adeo verum est, per quam raro in terris inveniri hominem perfectæ divinæ voluntati conformem: sed hujus characteris homo, si quis unquam invenitur, homo est juxta cor Dei, quem ille diligit, protegit, & peculiari favore prosequitur.

**E**xemplum S. Patriarchæ Joseph. Sancti Patriarchæ Joseph Exemplum nobis liquidè ostendit, quomodo Deus, consilia, & voluntates suas adimpleat per ea ipsa, per quæ homines illa prohibere conantur. Sanctus hic Patriarcha hæc indiguit virtute, eamque dubio procul exercuit, fratribus sibi mortem intentantibus, & sane nihil boni sibi præstolari poterat ab invidia, & odio, quod illi in ipsum conceperat. Neque minus eidem fuit necessaria, cum fratres de altissima eductum cisterna, quo ipsum demiserant, tamquam mancipium vendiderunt. Præsertim vero Divinæ huic voluntati sese traderet debuit, cum falso ab Uxore domini sui Putiphar de intento supro accusatus in carcerem conjectus est. Et profecto profuit illi divinæ voluntati sese ita submisisse; Deus enim magna de illo cogitabat, atque per vias adeo oppositas ad supremam potestatem adduxit, ad quam ipsum evehere cupiebat, & cujus non obscura dederat prælegia in ejusdem puritatis mysticis illis somniis, quæ eidem strarum invidiam conslarunt. Ideoque cum illi esset periculum nihil in hac vita contingere, nisi secundum Dei voluntatem, hæc ipsa ratione usque est, ut fratrum suorum crimen licet atrocissimum aliquo modo excusaret; illis dicens, hoc permisit Deus, ut aliquando ipsis vitam servaret, & summa anonæ caritate laborantibus victum præberet. *Non vestro consilio, addit ille, sed Dei voluntate huc missus sum, qui fecit me quasi Patrem Pharaonis, & Dominum universæ Domus ejus, ac Principem in omnem terram Ægypti.*

**E**xemplum Tobias. Sanctus quoque Tobias perfectam hanc resignationem nos docet iis verbis, quæ satis indignant sensus cordis ipsius, & quomodo hæc virtus alte ibi radices jecisset. Cum enim finem ob eventum oculorum acie careret, sine qua ut ajebat, ille nullam in via voluptatem gustare poterat, Dei mandatis obsequens adeo magnum virtutis suæ periculum faciens, exclamavit: *Justus es, Domine, & omnia judicia tua justa sunt. . . . Et nunc Domine secundum voluntatem tuam fac mecum, & præcipe in pace recipi spiritum meum. Nonne hæc perfecta, & integra est Divinæ voluntati conformitas?*

Exempla ex novo Testamento desumpta.

**S**anctus Paulus secundum Davidis prophetiam docet *JESUM CHRISTUM* ingredientem in mundum, Patri suo dixisse: *Hosiam, & oblationem noluisse: corpus autem optasti mihi: volocautomata pro peccato non sibi placerunt. Tunc dixi: Ecce venio: in capite libri scriptum est de me, ut faciam, Deus, voluntatem tuam; Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.* *Pl.* 39. Hoc autem ille toto vitæ suæ tempore ad unguem adimplevit, semper se se paternæ voluntati subjiciens. Huic enim ut seipsum subiceret, cum vix in lucem editus fuit, in molestissimum perrexit exilium, atque præstantissimas dotes, virtutesque suas, ardentissimamque ælam pro Patri sui gloria, & animarum salute intra fabri lignarii officinam continuit, ut obscuram, atque ut mihi videtur, inutilem vitam traduceret. In publicum vero tunc denique prodit, cum præstituta sibi a Patre tempora accesserunt; cumque ab eo quærebatur aliquid, de quo nondum a Patre sibi fuerat imperatum, tempus sibi constitutum a Patre nondum advenisse reddebat. Quomodo vero illius imperio sese in Olivarum hortu submisit, aliam dicam. *Desumptum ex P. Nepren in Spiritu Christianissimo.*

**E**xemplum S. Pauli. Nemo unquam ignorat, S. Paulum, statim ac ab eodem Filio Dei fuit conversus, & ex acerrimo per-

secutore in præstantissimum Apostolum, ac Electionis Vas mutatus, ut divini nominis gloriam late ad gentes omnes diffunderet; statim ac, inquam, conversus fuit, illud primum protulisse verbum, quo sese Victoris sui voluntati devovit, ac tantum sese illi subiecit, quantum antea fuerat in illum rebellis; *Domine, quid me vis facere?* *Act.* 9. Neque minus patet, quomodo fidem præstiterit, quia non labores, non pericula, non persecutiones, quæ ob id illi perferendæ fuere, nunquam vel flectere, vel deterere illum valuerunt. Verum enim vero quantum rebus in omnibus divinæ adhaerit voluntati, & quomodo saluberrimam hanc Sententiam iis immiserit omnibus, quos *JESU CHRISTO* lucratus est, ex eo potissimum innotescit, quod allaturus sum. Amici, ac Discipuli ipsius omnem navabant operam, ut illum a proposito consilio *Jerusalem* sese conferendi dimoverent, vitæ ejusdem periculum prævidentes, cui iter hoc importune, ut opinabantur, susceptum illum objecbat. Nihil illi intentatum reliquerunt, preces, sollicitationes, lacrymæ; gregis fuit, totiusque Ecclesie utilitatem ob oculos ponentes, omneque rationes afferentes, quæ impensus amor, quos eum proquebantur, suggererat. Verum cum illis significavit *Apostolus*, hanc Dei esse voluntatem; non resistitur amplius, sed potius preces in benedictiones, & vota mutant pro felici itinere evento, omnes uno ore clamantes: *Domini voluntas fiat.* *Act.* 12.

Cum nostræ voluntatis divinæ voluntati conformatio virtus sit non solum *Sandorum* propria, sed quæ omnes etiam *Sandos* efficiat; jure ammirare possumus, eos qui præ cæteris sanctitate florerunt, virtutem hæc perfectiorem in gradu possidisse. Beatissima Dei Genitrix *Virgo* primum, dubio procul, inter *Sandos* locum obtinere debet; ita præ cæteris divinæ voluntati se magis conformem exhibuit, & dicere possumus etiam, eandem immediate per consentum, quem pro *Incarnatione Verbi* ab ea Deus præstolabatur, statim Dei sui parentem factam fuisse: *Fiat mihi secundum verbum tuum.* *Luc.* 1. Univerfa vita illius non aliud fuit, quam jugis divinæ huic voluntati submissio in iis, quæ præcipiebantur in *Legi*, in iis, quæ pro Filio suo passa est, & in omnibus private vitæ suæ actionibus.

S. Joseph Sanctissime *Virginis* Sponsus eminenti profecto sanctitate præditus esse debebat, ut recte eo perfunderetur munere, eamque sustineret dignitatem, ad quam Deus ipsius evexerat: verum in eo potissimum illius factus, & peculiare meritum enituit, quod in *Incarnationis* *Oeconomia*, & in *Incarnati Verbi* Cura, quam illi commiserat Deus, diligentissime executus est.

Apostoli qui primitias *Spiritus* acceperunt, consequenter majores etiam gratias obtinuerunt, præstantioribusque favoribus fuere cumulati; sed minus ad quod fuerant electi, & ministerium, quod ipsis erat exercendum, nunquam profecto digne explevisent, nisi perfectæ divinæ imperiis sese conformassent.

APPLICATIONES.

**S**piritum rectum innova in visceribus meis. *Pl.* 50. Propheta Deum rogabat ut sibi cor rectum tribueret: ut autem rectus sit *Spiritus*, opus est, hunc divinæ voluntati, tamquam prima directionis regulæ, sese accommodare. Primum hominem rectum creaverat Deus, ut Sacer *Textus* enarrat; sed ille ab Auctoris sui voluntate recedens, *Spiritus* ejusdem rectitudinem amisit, & in sui ipsius considerationibus, necnon in præprie utilitatis, quam omnibus suis consiliis immisicet, perquisitione aberravit. Si cupit igitur iterum dirigi, omnes voluntates suas divinæ subicere debet: ab ea regulæ omnes desumere, ac rebus in omnibus eandem consulere. Dei quippe voluntas sceptrum est directionis, secum oculum ferens: cum providentia regit, cum consideratione jubet, ac sine perturbatione disponit. Cum ergo intellectus Dei norma fit, ac libella omnis veritatis, quin unquam falli, & errare queat; ejusdem voluntas similiter est omnis bonitatis regula cum rectitudine adeo inflexibili, ut nunquam claudicare, vel in minimum malum possit inclinare: & uti nihil inveniri potest intellectui ejusdem conforme, quod abhorreat a veritate: ita nihil esse potest vitæ voluntatis obiectum, quod deflectat a rectitudine.

*Super senes intellexi, quia mandata tua quæsvi.* *Psal.* 118. Qui Dei voluntatem perferere novit, ille

Voluntas nostra, ut recta sit, esse debet divinæ conformis.



nutu pendet, hunc nulla torquent desideria; videns enim, se illorum summam assequi non posse, illa abiicit, sciens facilius esse illa exuere, quam explere; postmodum vero perfecte felix erit quandoquidem asfirmari potest cum Philosopho nescio quo, eum, qui cordis sui aditum inanibus desiderijs intercludit, hunc, ut ita dicam, in eo statu versari, ut de felicitate cum ipso Deo contentere possit. Idem.

Ille felix est, cui nihil evenit contra voluntatem; ac nihil evenit contra voluntatem illius, qui divino sese subicit imperio; cum enim voluntas ipsius sit cum divina conjuncta, æque fieri non potest, ut aliquid contra ipsius accidat voluntatem, ac fieri nequaquam potest, ut aliquid contra Dei voluntatem eveniat. Hæc autem illa ratio est, propter quam tranquillitas est, qui a Dei numeribus, tela omnia in irritum cedunt, eumque commovere non possunt immota rupis instar, in quam pelagi fluctus confringuntur quidem, sed efficere nequeunt, ut concutiantur, & loco cedat. Os quidem aperit, non autem ut in questus erumpat, sed ut JESU CHRISTI, quem sibi tantquam divinum exemplar proposuit, repetat verba: Non sicut ego volo, sed sicut tu: non mea voluntas, sed tua fiat. Idem.

Sanctorum felicitas in eo posita est, ut Deo ita adhaerent, ut inde minime possint velle divelli; sed iustorum in hoc mundo felicitas in perfecta divinæ voluntati submissione consistit; quam quidem amittere possunt, sed nisi velint, non possunt amittere. Felicitas hæc procul dubio pendet a voluntate naturaliter mobili; sed voluntas hæc saltem pendet a nobis, nihilque efficere potest, ut inviti eam mutemus; itaque homo hic divinæ voluntati submissus, Deo adhaerens, a reliquis omnibus divylius, infra Deum per submissionem suam, supra omnia terræ bona per generosum eorum contemptum, in Deo nascitur suum gaudium, suas divitias, suam tranquillitatem, cumque vinculis adeo suavibus simul, & fortibus sit cum ipso conjunctus, ut non sit ultra cum eodem nisi unus, idemque spiritus, nihil illi suam eripere potest felicitatem.

Fac, Domine, ut tuum exemplum imitati Patris Cœlestis imperio perfecte simus submissi; subijce Domine hoc rebelles animos legibus tuis, ut sincere atque fidenter tibi dicere possimus, quod parum attente, ac parum utiliter quotidie dicimus tibi: Fiat voluntas tua. Visne nos in honore versari? fiat. Visne in humilitatis squalore fordescere? fiat. Vis nobis morbos immittere? Vis nos valetudine bona gaudere? fiat; dignitas, humilitas, prosperitas, calamitas, vita, mors nullo nobis erant in discrimine, ubi nos constitueris in submissione perfecta, quæ nobis quidem pignus erit, & ærba æterna felicitatis.

Verus fidelis, qui sequitur JESUM CHRISTUM, id præsertim nosse debet, quod ab se expectat Deus; hoc ille quotidie Deum orat, & cum suis precibus offert, dicit etiam: Fiat voluntas tua. Actiones illius verbis erunt oppositæ, nisi operam diligentissime navet, ut Dei voluntatem sequatur; quomodo vero sincere in id potest incumbere, ut Dei sequatur voluntatem, nisi eam contendant agnoscere? Tam utile est cognitionem hanc comparare, quam verum est, Dei voluntatem subicam esse regulam, juxta quam de rerum omnium bonitate, vel improbate iudicium ferendum est. Itaque cum facimus, vel sequimur voluntatem Dei, bene semper facimus; ac quantumvis parum ab hac sanctissima regula recedamus, aberramus statim, ac in præceptis polabimur. *Lambertus in anno Evangelico, homilia in diem festum S. Joannis Evangeliste.*

Sancti Viri, qui norant, quantum interfit Dei voluntatem rebus in omnibus sequi, nihil ardentius optant, quam cognoscere, quid ex ipsis velit Deus. Quinam sunt Davidis ardores, cum sanctus hic Rex impensissimum desiderium suum divinæ voluntatis cognoscendæ restatur? Domine, ait ille Deo in actu orationis suæ, *Docce me facere voluntatem tuam.* Hæc verba jugiter repetere debemus, nihilque a Deo petere possumus nobis magis necessarium, quam gratiam voluntatis ipsius intelligendæ. Hæc fuit præclara illa Sancti Pauli oratio, cum Deus miraculum edidit, ut illius cor attingeret, ipsumque ad se pertraheret: *Domine quid me vis facere?* O præstantissimum orationis exemplar, nihil velle, nihil cupere, sese Deo submitte-

re, mandatis illius capeffendis prælo esse, simul ac ea nobis significare dignatus fuerit! *Domine quid me vis facere? Idem.*

Dei Filius Paternis obtemperavit mandatis ex ipso conceptionis suæ tempore incepit, & ad mortem usque profectus est; etenim ex quo anima ipsius creata fuit, & corpori conjuncta usum libertatis habuit, gratia, atque sapientia repleta fuit, & ex eo tempore obedientiam exercuit, ut ille testatur, cum ait: *In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam: Deus meus voluit, & legem tuam in medio cordis mei.* Pl. 39. Significat autem, præcipium virtutum, quam illi tribuunt Prophetæ, & ob quam illum laudibus celebrant, esse hanc divinæ voluntati submissionem; ideoque, addit ille, decrevi, Domine, facere voluntatem tuam; tanto amore sanctam legem tuam profector, ut, ne illius obliviscar unquam, sed eam sedulo observem, illam in corde, immo in medio cordis insculperim. Hoc ipsum magis explicitis verbis alibi dixit: *Qui me misit, necum est, neque me solum reliquit, nihil enim facio, quod ipsi minime placeat.* Cum ergo hæc submissio omnium sacrificationum præstantissimum sit, ut docet in Scripturis Spiritus Sanctus, dici potest, omnes actiones Filii Dei totidem fuisse veluti sacrificia odoris suavissimi, atque acceptissimi Patri ejusdem. *Ex Bellarmini opusculo de septem verbis Sc.*

Nihil magis temerarium est, quam obniti velle supremi Creatoris imperio; quæ temeritas ex omnibus creatis rebus hominis duntaxat est; ille unus tati restat contra Deum rebellat, & a suis tantummodo voluntatibus pendet. Angeli in Cœlo unice vacant divinæ voluntati efficiendæ: *Ministri ejus, qui factis voluntatem ejus.* Terræ animantibus nescio quid inest, rationis locum obtinent, eaque in jugi obedientia nutibus Creatoris ipsorum cohercet. Creaturæ, quas omnium maxime sensu carent scimus, eodem prædite videntur, ut suo parenti Creatori. Testis est ignis, qui urentem calorem suum exiit, penitusque oppositas qualitates assumpsit, ne triabus innocentibus pueris in Babylonicam fornacem conjectis officeret: testes mare, ac venti, qui, licet errantes fuscque deque illud perturbassent, atque ab imis sedibus miscuissent; ubi Dei imperantis vocem audire, statim dicto obtemperantes quieverunt. *Qui est hic, quia venit, & mare obediunt ei?* Matth. 8. Quænam igitur hæc est hominis insania, ut contra illius voluntatem obniti velit, cui nihil resistere potest? Quos conatus contra illum exercere potest, seu quo nihil potest conari? Quid efficere potest contra Deum mortalis? Velit, nolit, illi cedat oportet, ac imperiose hujus voluntatis lese auctoritati subijcitur. *Nam Dei possumus resistere voluntati?* Genes. 50. *Elasus de Sermons pro feria secunda post secundam Quadragesimam Dominicam.*

Sese divinæ voluntati nequaquam conformare idem est, ac omnia in se mala pertrahere sine ullo solatio. Vita sexcentis malis repleta est, undequaque nobis impinent mala; inter fyrtes, scopulorumque versamur: extra nos, inter nos, supra nos, infra nos nonnulli malorum occasiones, causalique circumspicimus. Nisi Deum habeamus ducem, quem sequamur, & cui nosmet tradamus, fieri minime potest, quo minus tot malis obruamur. Non vis a Dei nutu pendere; non mereris, ut ipse te regat; & nisi voluntati illius adhaerere velis, mereris, ut ille te tradat his malis omnibus, quæ tibi circumstant; indignumque te præbes gratis omnibus, quas iis elargitur, qui in ipso suam omnem fiduciam constituunt. Nihil præcipit, nihil permittit Deus, nisi ad majorem hominum utilitatem: illius ergo consilij reluctans tuæ felicitati resistis, ac te infinitis bonis privas, quæ tibi secreta providentiæ suæ dispositione, quam venerari debebas, destinabat. *Idem.*

Mirum non est, quod creatura mera omnes voluntates suas abdicate teneatur, ut in ipsa Dei solius voluntas dominetur, illa in centro suo quiescit, ubi in hoc statu versetur; propterea quod creatura nihil est amplius, cum a Creatore suo minime pendet. Dici immo potest prodigij loco habendum, videre creaturam quidem accidit, ubi non amant amplius Deum, vel illum non timet amplius, duo hæc enim amoris, timorisque vincula nos Deo connectunt. Hoc, inquam, prodigium est in mera creatura, cum enim essentialiter pendat a Deo in essentia sua, suisque actionibus, manifesta rebel-

Quomodo i. C. hæc virtutum exercuit.

Homo non Dei voluntati restat.

Quid velit Dei Filius imperans, ut nostram divinæ voluntatem subijciamus.

Æquum est, si voluntatem suam subijciant.

lio est despectare illius voluntati submissionem, ac pro virili supremam illius potestatem eludere. *Sacerdotum, in Adventu.*

Perfecta charitas, ideoque virtus perfecta in eo consistit, ut rebus in omnibus puram Dei voluntatem adimpleamus. Puram Dei voluntatem appello, nostra enim in ea nullam obtinet partem. Quot autem virtutes hæc una voluntas complectitur! Ibi nostra nitet fides, ubi fatemur nihil in Mundo, præter peccatum, accidere nisi per illum. Ibi conditiam nostram testatur, etenim omnino in Dei sapientiam, providentiam, & bonitatem confidimus. Ibi patientiam, humilitatem, penitentiam exercemus nosmet ipsi flagellis subijcientes tantquam peccatores, & ultro omnia divinæ justitiæ supplicia suscipientes. Ibi denique Deo, tanquam Domino obedientiam præstamus. *P. Girouss in Quadreg.*

Per hoc in terra quam cum efficit, licet, beatus sumus.

Celestis, & brevior in terris via ad felicitatem, quæ in terris esse potest perfectissima, assequendam, est fortiori cedere, sub omnipotenti Dei manu nosmet humiliate, contra torrentis vim minime obducari, neque conari ea reformare, quæ Cœlum sine ulla opera nostræ direxerit, & quod nobis etiam invitè exequi noverit; sed nosmet rerum omnium cursum accommodare, ac eodem nosmet duci sinere: propterea quod Deus, cuius voluntas justissima sunt, ac is etiam utilis, qui eandem sequuntur, ita prævidit, & ita decrevit. Ubi hoc fiat, quot doloribus parcimus, quot considerationes effugimus, quæ malum exasperant, quin illi meditantur? Libenter suscipimus, quidquid præcipit Deus, idque libenter suscipiendo lenius, ac mitius efficiamus. *Idem.*

Numquid Deus minus est Dominus tuus, quam tu famulorum eorum, in quos adeo absolutam dominationem habere contendis? Numquid eorum Creator es? Numquid eorum Salvator? Numquid Deus? Habere bona æterna, quibus eos remaneretis? habere æterna supplicia, quibus eos plectas? Deo æque te subijce, ut illos tibi subiectos esse contendis, & satis est. Ubi semel voluntatem suam prodideris, ubi semel locutus fueris, tuumne est obmurmurare, disputare, resistere? Tuumne, o terræ vermis, contra Dominum universorum obniti? *Idem.*

Domine quid vis me facere? nihil excipiebat S. Paulus: quid vis? nos quoque aliquando ut ille dicimus: Domine quid vis me facere? Sed numquam tam late ut Apollonius. Latet semper in cordibus nostris exceptiones quædam; sunt ibi nonnulli recessus, quo si Deus penetrare velit, nosmet eidem subijcere detrectamus. Verum satis oportet, Deum integram submissionem expetere, & quemadmodum ipse totum cor nostrum effinxit, ita petere ut totum cor nostrum perfecta conformitate eidem submitatur. Illius quidem imperij, hæc vel in illa re te submittis; sed cum illas tu elegeris, non sunt ultra secundum divinum imperium, & quamplurimum de ipsorum merito perit. Dei imagine notata esse debet ea pecunia quæ futura est pretium æternitatis. *Idem.*

Quid petit Dei Filius cum suadet, ut Patris sui voluntatem faciamus? Nonne semper hæc necessaria perficitur, & in hominis potestate non est, eidem adversari? Hoc petit, ut ultro, & non ægro illud seramus jugum, quo nulla ratione excutere possumus; vult, nobis immittere vinculorum nostrorum amorem, ut & illa nobis leviora videantur, & ipse locum inveniat submissionem nostram remunerandi. Itaque cum prædicatur de conformitate beneficii Domini nostri, vel cum in nobismetipsis deliberamus, utrum omnino divinæ voluntati nosmet tradere debeamus; sciens quanam de re agitur? agitur, fideles, utrum ea in necessitate, in qua sumus, ea aggrediendi, quæ placet Deo, præstet potius necessariam submissionem in meritum nostrum convertere, quam inutili resistentia illum ad iracundiam provocare: utrum præstet cor nostrum esse in lege Dei, ut loquitur Propheta, an sub eadem lege ingemiscere; utrum præstet illi adhaerere tanquam amantissimos famulos, an vinculis cogi tanquam mancipia: verbo utrum præstet facere voluntatem Domini eo modo, quo in Cœlo perficitur, quemadmodum quotidie petimus; an eo modo quo in Inferno adimpletur. *P. de la Colombe tom. 4. serm. hujus arg.*

Ille, cuius voluntas divina profusa est conformata, extra factum est malorum cuiuscumque generis. *Hondry Bibl. Tom. 1.*

ris; tum eorum quæ moralia vocantur, & non aliud sunt nisi peccata; tum eorum, quæ dicuntur naturalia. Peccatum non aliud est, quam nostra contra divinam voluntatem rebellio: liquet autem nullam ibi esse posse rebellionem, ubi est perfecta submissione. Cætera quæcumque mala pro nobis mala non sunt, nisi quatenus voluntati nostræ opponantur; statim ac enim aliquid volumus, quantumvis in aliorum hominum existimatione sit malum, nobis bonum est: itaque si voluero quidquid vult Deus, certissime ero ab omnibus malis immunis, cum nihil accideret mihi possit in vita, quod sit divinæ, ideoque etiam meæ voluntati contrarium. *Idem.*

Felicitas illius, cuius voluntas a Dei pendet voluntate, constans est, immutabilis, æterna; nullus metus illum perturbat, nullus casus eam potest evertere. Illam mihi videre videtur tanquam prælo insidentem scopulo in mari; videt furientes fluctus illidi, quin terreatur; gaudet immo eos intueri, & enumerare prout sub pedibus suis confringuntur. Turbatum mare sit, vel tranquillum; venti hinc fluctus impellant, vel inde repellant; æque immobilis permanet, quia rei adhaeret quæ solida est, & quati non potest. Hinc proficitur tranquillitas illa, pax & perpetua serenitas oris, ingeniumque semper sibi constans, quod in veris Dei servis deprehendimus. Jure quidem, o anime sancta, sollicitudinem omnem abiecitis; in Dei vestri voluntate omnibus vitæ hujus calamitatibus tutissimum perfugium invenistis; altius super tempestatum regionem ascendistis, ubi nulla detonat procella; vobisque neque homines, neque demones sunt metuendi. Quodcumque fiat, quodcumque accidat, vel nihil vobis obturatur, vel ipsi Deo etiam est obtuturum: *Altissimum posuisti refugium tuum: non accedit ad te malum.* Psalm. 90. *Idem.*

Magnam quidem est in hac vita nihil pati posse; hæc tamen non satis ampla felicitas est; requiritur etiam, ut nihil cupere possis. Hic eorum omnium status est, qui cæce volunt quidquid vult Deus; Cum enim eorum desideria sint eadem, ac desideria Dei, fieri nequit, quin omnis votorum suorum summam assequantur: nihil enim Deus frustra cupit. Ad hæc quantum nobis est submissionis voluntati Dei, tantum Deo est indulgentiæ voluntatis nostris. Ex quo illi unice obtemperare querimus, videtur ille enixius inquirere, ut nostra adimpleat vota. Preces nostras non exaudit eorum, verum etiam prævertit, immo etiam in corde ea ipsa scrutatur desideria, quapropter amorem illius suffocare adnisi sumus; illa complet, illa cumulat; immo etiam longius excedit. *Idem.*

Me pudet, auditores, videre ethnicum nescio quem, illuminatissimum etiam Christianissimum de voluntate Dei, & submissione mandatis ejusdem præcepta tribuentem. Nullus dubito, quin omnia illa Christianis didicerit, vel ipse etiam Christianus fuerit; id saltem satis est probabile, & plurimi hoc sentiunt. Quomodo cumque sit, audite, quid in hoc argumento nos doceat. Deus ipse cogendus esset, ut ego invitus aliquid efficere possem; donec enim efficit Deus, quod ipsi placuerit, liber non esse non possum, non enim aliud volo, nisi quod ille facit. *Nulla res cogere me magis potest, quam ipsum Deum.* Vult Deus, me ægrotare: ægrotudo mihi jucundior est ipsa valetudine: ut pauper sim; divitem esse nollem; ut mortali omnium ludibrium sim; omnes me spernant, atque contemnant; in hoc meam gloriam versari duco. Opportet ne me isthuc, vel alibi vitam ducere; dies meos in pace, vel negotiorum turba transigere: me in ipso ætatis flore, vel senectute confectum obire, dicere nescio, quid horum ego mellem: sed fatim ac elegerit Deus, mihi que indicaverit, quorsum cor suum inclinet, cor meum statim partem illam amplectitur, ibique suam felicitatem invenit. *Idem.*

Cur mihi tantum boni non est, inveni Philosophus inquit, ut semper Dei mei voluntatibus conformis sim! tanta mihi cupiditas est sequendi nutum, & beneficiatum ejus, ut me tædeat nonnumquam, quod Deus nequaquam mihi significet, quid a me velit, quod si divinam assequi possem, certe præverterem! Mea maxima voluptas, atque lætitia est semper esse paratum ad ea efficienda, quæ vult Deus. *O utinam hæc scriberem, hæc loquerem, hæc cogitarem mors opprimat.* Quam felix essem, si in perfecta submissione voluntatibus Dei mei facto concederem! Quid vobis videtur, auditores, de

Felicitas facientis voluntate Domini.

Epistola in hac rem sententia.

Kkk 2 Phi-